



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

5. Casus aliquot speciales circa rerum pretia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

In subhastatione quanti?

1. Quotid In subhastatione (all'incanto) tanti potest vendi res, vel quantum sine fraude potest exoritur pretium infra, vel supra dimidium, quo res extra subhastationem valerit. Ita Gordon. Vi Mal. Molin. Bagniez, alijque, quos citat, sequitur; Diana p. 4. tr. 4. res. 1. Ratio est triplex: Vel quia merces ultronea vilescunt, vel quia modus vendendi rem exponit periculo utriusque fortis, incertandi, vel perpendi, vel quia excessus iudicis liberaliter donari, cum nulla necessitas cogat hunc vendendi, emendendi in eo modo vendendi ex praxi omnium pretium in eo modo vendendi ex Bonac. de contr. d. 3. q. 1. p. 4. n. 21. Quotid tantum, est quanti minoris emere, vel quanti maius vendere potest.

2. Dixi (sine fraude) si enim emptor avertat, per vim, vel fraudem, vel etiam per preces alios offerentes, vel si venditor si alius offerentes, supponat, vel tempus ingratum ad proclamationem, quando scilicet rata est ementum frequentia, elegit, Vel quid simile, iniustitia committitur, & pretium erit restituendum, juxta proposita, & damnum, quod Domino rei sit, ut ex se patet. Si quis rogatus, ne supra certam summam offerant, ne ipse emere possit pretio infimo iusto (quanti scilicet res infimo pretio sine iniustitia valet) concedunt plerumque apud Dianam p. 1. tr. de contr. res. 76. Immo Caram. de mor. an. etiam pretio minore, quam infimum. Quotid tamen ego nullo modo approbo, quia si fidem tollat subhastationis, quae sola dat licentiam vendendi, atque emendi, quanti potest sincere, & sine fustia, & fallacia.

§. V. Casus aliquot speciales circa rerum pretia.

1. Primò dubitari potest, An exteris, in quibusdā casibus cedere à Principe possit, ut ipsi pluris vendant, quam vendant Incolae; Vide de Lugo, 2. de iust. d. 16. §. 1. 62. Præterea, an Incolae, quod plures sic emant ob exteris pluris etiam & ipsi vendere queant? Vide eundem n. 71. & 72. Denique si in una Civitate res sit emenda, quam in alia, possūne ego in hac adducere rem meam, & frumentum, & ibi carius vendere? Vide eundem n. 43. Respondeo, Affirmativè.

2. Secundo, An res v. g. frumentum possim iusto pretio vendere, cogendo insuper emptorem, ut emat ipse aliquod, v. g. oleum à me? Vide eundem n. 64. Respondeo Negativè.

3. Tertio, An merces longè præstantiores possint vendi, ut supra, ploris ultra taxam legitimam; Vide eundem n. 43. Rursus: An possint separati, v. g. fructus longè meliores, & vendi pari modo ultra taxam, vendendo carius iuxta taxam: si ceteri remanent æquè boni, atque aliqui venduntur communiter? Vide eundem num. 66. quod negat Diana p. 1. tr. de contr. n. 35. Respondeo, affirmativè.

Nota tamen illud (longè) & illud (remanet æquè boni) Nam hinc damnabis Macellarios, qui danti maius pretium meliores carnes partiuntur, ossa verò porrigunt illis debent enim æqualiter miscere carnes nō proportionate parte ossis, vel quò deteriores dant, eò viliori pretio debent esse contenti.

4. Quotid, An immiserit aliquid possit rei Extraordinarie bonitatis, & constat hunc sic redditum æquale carere taxato pretio vendere: ut frumentum electum mixtum hordeo, vinum generosum mixtum aqua? Respondeo, Concederem id aliquando frumento, vix vinum. Ita idem à n. 67. & præf. n. 69. lege Bon d. 3. de contr. d. 1. p. 6. n. 17. & Less. c. 21. d. Mol. 2. d. 11. §. 55. n. 33. Diana p. 1. tr. 8. res. 51. & res. 80.

5. Quintò, Ecclesiastici tenenturne res suas vendere secundum taxam à Magistratu seculari præscriptam? Respondeo, affirmativè cum de Lugo n. 77.

6. Sextò, Quandònam mortaliter peccatur excedendo legitimam taxam, si taxa in ratocalu iuxta supra dicta est posita infra pretium infinitum? Respondeo, quando notabiliter aggravatur Pauperes, vel Communitas.

Hæc quia breviter, & perspicue tractantur à Doctoribus locis citatis, nec aliquid mihi se offert, quod addam de novo, sic innuisse sufficiat.

Occasione prædictorum decernitur, cuiusnam restituendus ex his pretij, immediate damnificato, an damnificato mediato?

7. Septimò, si Titius frumentum Pistori, v. g. vendidit supra taxam, qui Pistor supra taxam idem Populo vendidit, cuiusnam excessus pretij restituendus est à Titio; Pistore, an Populo? Respondeo, Populo. Ita idem de Lugo n. 76. cum Sanch. & Turr. ab eodem cit. Possè Pistori in simili, immò debere, docet amicissimus Pater Franciscus Bardi in select. mor. lib. 1. q. 16. §. 2. qui quoddam argumentum in contrarium à me ipsi propositum ingeniosè solve contendit, quod mox afferam n. 14. Porro hanc questionem si clariùs evolam, curioso lectori (puto) non displicebit.

8. Pater ergo Bardi in ingenij altitudine, atque perspicacia cum ingeniosissimis viris nostri sæculi comparandus, docet, prædictum, Titium reddere debere excessum Pistori, non Populo. Fundamentum eius potissimum est, quia hic adfuit duæ venditiones, ambæ completæ: Altera, quâ Titius vendit Pistori; Altera, quâ Pistor Populo vendit, & quidem utraque iniusta est, atque una independenter ab alia, ut supponimus; Quare non est Titius cogendus, nisi ad restitutionem damni illati ex vi suæ venditionis factæ Pistori, ipse enim non est causa venditionis secundæ factæ à Pistore ipsi Populo; (st enim mera occasio quâ, ex mera sua malicia prout Pistor ad faciendam iniustitiam contra Populum; ergo solum illi Pistori debet, &c.

9. Confirmatur, quia Titius nihil debet Populo, nec ex re accepta, nec ex iniusta deceptione, nec ex damnificatione: ipse enim à Pistore inique accepit illud pretium, cui damnum intulit, non à Populo: Unde, cum ex nulla radice Populo quid Titius debeat, nihil illi restituere obligabitur.

10. Verum, ego adhuc in mea sententia persisto: Fateor esse duplicem venditionem metaphysicè, immò realiter, & physicè completas: Fateor Titium non esse causam iniustitiæ Pistoris contra Populum: Fateor esse solum occasionem: sed ad moraliter, & humano more reputati vnam venditionem, atque adeo practicè adesse in Titio obligationem reddendi Populo. Explico, & probo.

11. Dico enim debes recollere: Primò, vinci aliquando à morali vsu speculativum rigorem: sanè speculativè, immò & physicè, qui unius iracundiæ impetu multas blasphemias emisit, tot peccata, numero distincta committit, quot blasphemias profert, neque enim una dependet ab alia. Qui percutit Clericum decem, v. g. percussionibus modico intervallo continuatis, physicè decies verberat. Qui in peccato mortali decem penitente absolvit, physicè decies indignè Sacramentum ministrat; & tamen in prædictis, & similibus practicè, & in ordine ad Confessionem, vel excommunicationem unum censetur quis committere peccatum, modo distinctiùs explicato in opus. Meth. Conf. lib. 2. cap. 1. §. 9. ex de Lugo de Penit. d. 16. sed 3. à num. 133. quia singuli illi actus physicè distincti, quoad blasphemantem, & verberantem ununtur in uno calore iracundiæ, & quoad ministrantem indignè Sacramentum ununtur in uno, eodèque animo continuandi per illam vicem Confessionum auditionem, &c.

12. Secundo, recollere debet in iudiando, etiam in foro externo, aliquando non considerari rigorem iustitiæ, sed æquitatem. Esto, v. g. tuum animal sine tua culpa,

culpa, damnum aliqui faciat, tamen quia non est æquum, re gaudere animali, & proximum pati damnum, iudex condemnabit, vel ad restitutionem damni, vel ad damnum animal pro noxa l. si ferus 2. §. de Noxalib. actionib. & c. culpa 9. de iniur. & damno dato. Nominis autem æquitatis intelligamus perfectam quandam rationem, quæ legum apices, strictumque ius interpretatur, & emendat, ut rectè M. Tullius pro Cecinna dixit: A verbis recedis, & æquitate uteris? ibidem: Ex æquo, & bono, non ex callido, versumque iure dicam ego fortasse castigatius, non ex speculativo iure, rem inbecari oportere.

13. His positis: Aio, esto, speculativè, immò & physicè illas venditiones esse duas essentialiter completas: At quia univertur in eadem una materia, quæ est idem frumentum venditum à Titio ipsi Pistori, & venditum à Pistori ipsi Populo: ideo moraliter, in ordine ad restitutionem faciendam, non censentur duæ, sed una venditio, unde ex æquitate illi reddendus sit pretij excessus, qui damnum denique sensit. Non ita res se haberet, si Titius vendidisset aliud numero frumentum, v.g. frumentum A ipsi Pistori: At Pistor vendidisset frumentum B ipsi Populo; nam tunc cum hæ venditiones non haberent unam, eandemque materiam: sicut physicè duæ essent, sic non essent una moraliter: Quam admodum, si illa modò dictæ blasphemix proferrentur non in uno calore iracundiæ, distinctæ essent etiam moraliter, quia non univertur in illo impetu, &c. Pater igitur Bardi sistendo in ipsa rei mera speculatione rectè discit: at quo ad praxim rectè non asserimus æquitatem nolle, ut dom Titius possit nolle Populo rescire damnum ipsi illatum: damnum inquam, quamvis ex sola occasione venditionis ipsius Titij, sed tamen, quod moraliter censetur ab ipso factum, non quoad peccatum, sed propter æquitatem, quoad restitutionem faciendam illi Populo, qui damnum denique passus est.

14. Attuli ego sequentem paritatem ad eam sententiam olim confirmandam: Si Ioannes occidat, vel vulneret Antonium, (id ponit, quia casus frequentior esse posset in vulnerando, quam in occidendo: atque adeò non erit inutilis, ut innuit P. Bardi ibid. n. 21.) & imputetur dilectum Cæsari, qui Cæsar cogatur à Iudice expensas Medicorum solvere Antonio: Certè Ioannes debebit restituere Cæsari, non autem Antonio, quia is est plenè satisfactus: Ita ergo in casu nostro, &c. Respondet P. Bardi hic adesse unum, idemque homicidium, seu vulnerationem: quare non esse mirum, si restitutio Cæsari debeatur: at in casu nostro duplex venditio, &c. Hæc ille. Verum, quia probatum iam modò est, moraliter censeri unam venditionem in ordine ad restitutionem ex æquitate faciendam, ut post quæ utraque venditio habeat connexionem in uno, eodémque materiali frumento. Responsio hæc paritatem infringens, quoad praxim, nequaquam valet.

15. Illud denique contrariæ sententiæ omnino dandum. Nam si Titus fortè excessum illum reddidit Pistori, non est cogendus iterum reddere Populo, eadem enim æquitas postulat, ut quandoquidem ipse purgavit suum delictum reddendo excessum, nec aliquid salicium inveniatur habere, ut non debeat amplius molestiam pati. Tunc ergo reddat ipsi Populo Pistor, neque tunc solum, verum etiam in casu, quo Titius nolit quidpiam ulli reddere: non enim propterea Pistor liberatur ab obligatione restitutionis, contractæ ex suo dilecto contra Populum commissio.

De Venditione pecuniæ creditæ.

1. Quando rem nunc vendens, nunc illam emergi consignas, accepturus ab eodem postea pretium, vendis credito? Quando verò contrà, nunc accipis pretium, consignaturus postea rem, anticipato rem vendis

& de proque contrahendi modo, esse debet si periculum, de priorè hic, de posterioribus postea.

An pluris credito, quam numerato rem vendere fas sit.

2. Supra legitimum, vel supra summum pretium non est, ex eo solum prætextu, quod creditor pretium non accipiat. Ita Molin. d. 355. l. c. 2. dub. 6. & passim. Ratio est manifesta, quia in hac dilatione solutionis refertur implicitum mutuum; perinde enim fieri, ut mutarentur, v.g. centum, ut ad certum tempus rentur centum, & decem, quæ est aperta ultia, ut dicitur loco. Excludo etiam prætextum officii mercatoris, & prætextum privationis numeratæ pecuniæ, quia esse mercatorem, nō dat ius ad aliquid supra pretium, sed solum intra modum sup. §. 4. n. 13. exponebat. Hæc, quia, an ea privatio aliquo sit digna pretio disputandum inf. c. 8. §. 5. & 6.

3. Dixi autem (ex eo solum prætextu) quia fructus capita, unde fas sit aliquid excedens accipere.

Primum caput est ratione periculi: Quando scilicet mercator probabiliter timet, nō ex sua pusillanimitate, sed ex ratione periculi, vel cum expensis, vel cum difficultate soluturum. Quanti ergo hoc periculum, tanto prudentius valet, tantum eis ultra commune pretium accipere licet. Ita Val. t. 3. d. 5. q. 20. p. 2. conf. 4. Ratio, quia hæc subire pericula, pretio æstimabile est. Scilicet iussor licet potest aliquid accipere ratione periculi, oneris, quod suscepit, solvendi in defectum principis. Cur ergo non & in casu nostro? &c. Vide tamen Molin. d. 356. ac Lessium l. c. m. §. 5. qui rectè monent, mercatorem sub onere restitutionis, debere emptori restituere se propter dictum periculum plus ea gere, quæ talem nollit sic emere.

4. Secundum caput lucri cessantis, & damni emergentis. Lege Abbate cap. Naviganti, num. 33. de iur. & communiter Doctores. Ratio est, quia tunc vendis dilationem temporis, sed quod tuā interest. Constat, quia in mutuo aliquid plus supra fortem accipere potest ratione lucri, vel damni cum conditionibus, cap. 8. §. 3. explicandis: idem ergo in hac venditione, ut modò dixi, est implicitum Mutuum.

5. Notant autem Doctores, Molin. d. 355. Lessius passim, in casu nostro quatuor requiri conditiones: Prima est, ut verè tu esses numerata pecunia venditor. Secunda, verè tu esses illam, & non aliam pecuniam negotiatam. Tertia, ut minuat totum illud, quod ratione periculi, & expensarum arbitrio boni viri ea negotiatione fuisset expensurus. Quarta, ut contractus significetur id emptori, nisi aliunde sciat, & secus est si solus restituendi, cum nollit fortè is rem emere cum onere.

6. Ex defectu primæ conditionis Mercator potest delinquere, notat Lopez l. c. de contr. c. 16. conf. 5. qui passim vendunt carius credito, etiam ubi pauci sunt, qui emissent numerato, quod iniuste fit. Cum enim tunc Mercator nō vendidisset numerato, non habuisset rem pecuniam, cum qua negotiando potuisset aliquid lucri atque adeò nihil lucri tunc illi cessat.

7. Ad secundum hoc caput spectat, quando Mercator erat rem suam aliò translaturus, ubi pluris vendidisset, hoc enim est lucrum cessans, admodum tamen tamen expensæque, ac pericula deducantur, ut superius in l. c. diximus.

8. Ad idem spectat etiam, quando venditor statim rat rem vendere tempore, quo pluris ea fuisset valutura. Ita Molin. d. 355. & patet ex cap. in Civitate, & cap. de viganti de usuris: Etic enim, & tunc lucrum cessans. Illas tamen conditiones recole. Ut pretium vetè, & vetèd maius futurum fuisset, (nam si dubium, mox dicitur num. 11. & 12.) Ut verè servaturus, & venditoris esset. Ut expensæ, & pericula deducantur. Ut Emptor paretur.